

Rome, 15 sept. 1614. C.Bellarmin, card.Borghese et Millini,
décret au sujet du Coll.Germanique.

/ Ill/mi S.R.E.Card/les Bellarminus, Burghesius, et Millinus Collegii Germanici et Ungarici Protectores, auditis R.P.Praeposito Generali Societ.Jesu, et eiusdem Collegii Rectore; melius provisum Germaniae Provinciis fore iudicantes, si pauciores in dictum Collegium Religiosi recipiantur: cum illi minori cum religiosae disciplinae detrimento in aliis Academiis litterarum studiis dare operam possint. Ideo communi consensu decreverunt, non plures sex posthac in Collegio Germanico esse debere diversorum Monasteriorum Religiosos, et quidem ex illis maxime qui annexas habent animarum curas:
/0 ut hac ratione recipi plures eorum possint, qui ab Episcopis proponuntur, ut Parochiis regendis destinari possint. Ità decretum à supradictis Ill/mis Card/bus die 15 Septembris anno 1614.

R. Card/lis Bellarminus

S. Card/lis Burghesius.

/5 Jo:Garsia Card/lis Millinus.

Rome, Coll.German. Archiv. Liber in quo describuntur Bullae, Regulae, Consuetudines, etc. fol.386: De non recipiendis ultra sex Monachis in Collegio.